

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker D. & P.P. Ad  
Cohonestandas Exequias Quas Viro ... Dn. Christiano Otfaro, Medic. & Philos.  
Doctori. Consanguinei Et Amici eius Hodie ... paratas cupiunt. Omnes & singulos  
Literatos & literarum Fautores ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201328>

Druck    Freier  Zugang



**R e d e k e r , H . R . ,**

**i n**

**Chr. O t f a r u m .**

**R o s t . 1 6 6 1 .**

*31*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776201328/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201328/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776201328/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201328/phys_0003)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776201328/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201328/phys_0004)

DFG

15

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**HEINRICUS RUDOLPHUS**  
Recessus D. & P.P.  
AD COHONESTANDAS EXEQUIAS  
Quas  
VIRO Amplissimo & Clarissimo  
**DN. CRHISTIANO**

OTFARO,

MEDIC. & PHILOS. DOCTORI.  
CONSANGUINEI ET AMIC

eius

Hodie in æde Marianâ parato  
piunt.



Omnes & singulos Literatos &  
literarum Fautores præcipue autem Ci-  
vies Academicos officiose & sedulo  
invitat.



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1661.

RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCH.  
HEINRICUS RUDOLPHUS *Redefert*

Civibus Academicis

*Salutem!*

Iicut hæc rerum forma quæ cælum  
terramque continet, à Deo creatore  
amplissima sua extensione, in or-  
bem rotundum redacta est: Ita su-  
premi opificis provida moderatio-  
ne omnia instabili motu feruntur.  
Neq; quicquam est, quod ullam vel  
naturæ vel stationis constantiam sentiat. Hinc non tan-  
tum orbium cœlestium cursus, & syderum continuos  
motus, verum etiam rerum sublunarium perpetuam vi-  
eis studinem intuemur, & miramur merito quomodo  
cuncta vago motu in orbem gerantur. Inter omnes au-  
tem res quæ in cœlo mari ac terra, uti JCti loquuntur,  
nascuntur, nullæ magis caducæ & fluxæ sunt, quam ho-  
mines: Qui in terra veluti in mari fluctuant & stuant &  
continuis calamitatibus affllicantur. Quamvis enim  
Homo omnium creaturarum sit præstantissimus, ut  
pote, ad imaginem divinam formatus, attamen omnibus  
fortunæ telis est expositus, omnibus vitæ ærumnis  
obnoxius & omnibus miseriis subjectus. Ut non imme-  
rito vitam humanam sapientes, non vitam sed mortem  
appellaverint, neq; quicquam vel infirmius vel imbe-  
cillius homine tellurem nutrire existimaverint. Et in  
hoc

hoc estiam homo reliquis rebus creatis' magis miserior,  
quod, uti perspicaci rationis in dagine omnibus anima-  
libus superior est, ita omnes casus, quos in dies mortali-  
tatis ratio suppeditat, vehementiori affectu trutinet, &  
se ipsum materet, non attendens, illa, quæ supra nostrā  
potestate sunt, nullo humano consilio posse mutari.  
Certè, quemadmodū nimis prolixum foret omnes vitæ  
humanæ miseras percurtere, ita etiam impossibile est,  
omnes casus, qui singulos in suis stationibus in cœrore  
adversitatis afficiunt depingere. Cæterum Amplissimus  
& Clarissimus Vir D.N. CHRISTIANUS OTFARUS  
Medicinæ & Philosophiæ Doctor dum viveret eximius,  
cui hodie ultimum honorem debemus, multis etiam  
humanis calamitatibus in ultimum vitæ suæ terminuor-  
usq; fuit expositus, & vario fortunæ motu circumdu-  
ctus. Postquam enim uti in extremo voluntatis suæ elo-  
gio ipse notavit 21. Julii hora 4. matutina Anno 1609. à Pa-  
rentibus laude conspicuis natus & ad omnem eruditio-  
nem, & virtutis normam bene educatus est, talem se præ-  
buit, ut Viri Admodum Reveri & Excellentissimi D.N:  
JOHANNIS GEORGII DORSCHEI Theologi incomparabi-  
lis & nunquam sauis laudati, cum is Anno 1659. hujus  
Universitatis Rector esset Magnificus, testimonium pu-  
blicum facile impetraverit. In quo publico attestato  
quod Academiæ nostræ Sygillo confirmatum video, cù  
totius ejus vitæ ratio, quæ mihi alias ignota fuit, conti-  
neatur, illud in ejus laudem huc ascribere volui.

Qui

Qui Anno orbis redempti c*l*o*c* XXIX mense Augusto, Re-  
tore, Excellentissimo & Experientissimo Viro, Dn. JOHANNE  
BACHMEISTERO, Philosophia & Medicina Doctore clarissi-  
mo, tem rum conservatore, in hanc Civitatem Academicam, adulta iam  
etate, praecedaneo juramento, receptus est, & ita per triginta  
interea etapsos annos se gessit, ut tandem ad nos iterum tanquam  
ad patrocnum aliquod sapientius accessum configiat, is, licet &  
sapientius jam honorifico elogio dimissus, quomodo in hac etate pro-  
vecta denique, non eadem Benivolentia sit prosequendus, non vi-  
deo. Est is Experientissimus & clarissimus Vir, Dn. CHRIS-  
TIANUS OTFARUS, Terbicensis Misericordia, Philosophia &  
Medicina Doctor meritissimus laudatissimus. Originem ille  
traxit ex Nobili & Antiqua Otfarorum sive Ottofarorum  
Familia, qui non nullis Godefari, non nullis Gotfari, uti va-  
riationes illae in nominibus Antiquissimarum Familiarum non  
infrequentes quondam fuerunt, appellati sunt. Sedem habu-  
it ea Familia primum in Hungaria, postea sub Ottone III Rom.  
Imperatore adeo effloruit, ut ab ipso Imperatore multis fuerit,  
honorata beneficis, & quorum vestigiis meritorum ne deinceps  
posteritas descrivit. Natus est noster Otfarus Anno Christi  
c*l*o*c* IX mensis Julii die XXI claris & honestis parentibus.  
Patrem habuit per quam Reverendum & Clarissimum, Dn.  
WENCESLAUM OTFARUM, a Senerissimo Johanne Georgio  
Electore Saxoniae beatissima memoria, immensis beneficiis &  
stipendiis Academicis, de votis Charisteriis & aternis laudi-  
bus apud posteros dignissimis, partim in schola Electorali Grim-  
mensi, partim in Academia Wittebergensi prins auctum atque  
ad

ad unam & alteram praeclaram functionem Ecclesiasticam in  
Saxonia promotū, postea autē Serenissimi Electoris clementissi-  
ma concessione, ē Misnia ab Illustrissimo Adolpho Friderico,  
Duce Mecklenburgico, p. m ad Episcopam Mecklenburgicam,  
qua nunc cum Racemburgica coaluit, evocatum. Matrem  
habuit Nobilissimam & ornamenti sexus sui honorabilem  
Matronam, BARBARAM FAUSTINAM, clarissimi Theologi &  
filii Medicis Dn. JOHANNIS FAUSTI filiam. Sed satis est,  
Familiam antiquam & claros D. Otfari nostri Parentes nomi-  
nasse. Ille enim nunquam avitis laudibus intumescere, sed sem-  
per propriis virtutibus & meritis commendatum se bonis Vi-  
ris reddere conatus est. Educationem pueritiae moderati sunt  
laudatissimi Parentes, qui ad eam rectius expediendam adsciver-  
unt clarissimos Praeceptores, qui domi bonarum literarum se-  
mina in capacissimam indolem bona fide commiserunt. Spe  
sua Familia digna ab OTFARO hoc modo ex citata, ex Parentū  
consilio, studiorum & Ingemii excollendi causa, ad Scholas, quas  
Triviales vocant, diversas successu temporis missus est, utpote  
Wismariensem, Gustroviensem & Lunenburgensem, ubi tum  
publice tum privatè informationi animum accommodavit at-  
tentissimum. In Gymnasii florentissimis Lubecensi & Ham-  
burgensi adhuc latius protulit incrementa studiorum. ut tan-  
dem ex his carceribus ad studiorum universitates passim celebra-  
tissimas emitendus fuerit. Primum quidem adiit Regio mon-  
tanam Borussorum, deinde Rostochiensem Mecklenburgensem  
Gryphiswaldensem Pomeranorum, Francofurtanam Mar-  
chicorum, Wittebergensem Saxonum, Lipsiensem Misnia,  
Heim-

Helmstadiensem Brunsvicensium, Rintelensem Westphalorū,  
Hafniensem & Soranam Danorum, Gröningenem Frisiorū  
Lugdunensem & Ultrajectinam Belgarum, in quibus maxi-  
mam partem sua eruditionis & probitatis commendatissima  
edidit specimen, quæ clarissimorum Virorum per petuis elogis  
cohonestata fuerunt. Ad experientiam varia sibi concilian-  
dam, ad Horumnum varia ingenia & locorum consuetudines  
explorandas, quod sane illi, qui vult inter homines prudenter  
versari, & rerū sibi comparare veram notitiam summè neces-  
sariorum esse recte existimavit, varia suscepit itinera, optimas sub in-  
defavente occasione, adeò ut præter jam enumeratas Academi-  
as superiorem & inferiorem Germaniam, Borussiam, Poloni-  
am, Daniam & Hollandiam perlustraverit. Quod antenus et-  
iam in Angliam & Gallias progressus est, sed valetudinis alio-  
rumq; obstaculorum impedimento, ne ulterius progrederetur,  
fuit absteritus. In universum varia vita conditionem susci-  
nuit, & nunc lata, nunc tristia expertus, sic tamen ut singula-  
reni & admirandam Dei Providentiam in utrovis emergenti-  
um genere semper aperte agnosceret, & cum bona modestè fer-  
ret, mala & adversa Generoso semper animo superare. Cha-  
rus ob vitæ probitatem & eruditionem etiam viris Principibus,  
quibus placuisse non ultima laus est. Vocatus fuit ante plurimos  
annos ab Illustriſſimo Adolpho Friderico, Mecklenburgensi-  
um Duce ad informationem Illustriſſimæ filiæ, Sophia Agne-  
tis. Huic cum utiliter in seruisset, postulatus est ab Illustriſſimo,  
Friderico Duce Holſatia, ad Illustre Gymnasium Bordeshol-  
menſe, ubi fidei dexteritatisq; sua in docendo laudabilem reli-  
quit

quit memoriam. In hac functionum fortunarum varietate  
geminus Gradus honoris decoratus fuit: Etenim Philosophia  
ipsum Magistrum, Medicina Doctorem proclamavit. Praxis  
Medicam tanquam alteram naufragii tabulam, praesertim in  
hac temporum adversitate, primum Rostochii, deinde in Isma-  
ria feliciter amplexus est. Hinc illum bellum imminentis atrocitas  
aliæ molestia abire tranquilliores fortunarum suarum  
sedem querere iusserunt. Quod imperium cum voto pacis in-  
ter summates exitanda, et invidorum ad meliorem mentem  
reducendorum lubentissime admisit, spe nunquam falsa fre-  
tus, Deum Benignissimum Curriculum diuturni laboris in-  
contaminatum, alicubi pulcherrima Tranquillitate stitum,  
effectum, ut re ipsa dulcissimum fatigationum molestissima-  
rum fructum persentiat. Hoc animo Dn. D. OTFARUS haec-  
nus apud nos fuit, hoc animo a nobis sub Patrocinio clementiae  
Cælestis discedit. Nos de his omnibus ex actis et documentis ex-  
tra omnem dubitationem positis publica Authoritate testari of-  
ficii ratione voluimus, ut debuimus. Fucundissima nobis fuit  
bonissime ab eo transactæ vita publica commemratio. Do-  
luimus etiam ex animo optimæ vita serenitatem toties graviter  
malitia seculi fuisse obnubilitatem. Precamur Deum Opt.  
Max. ut deinceps ei Fortunam magis propitiam et toti injuria-  
rum compensatrice largiri velit. Eni in fine OMNES BONOS et  
CORDATOS in praesidium atque adjutorium Clarissimi D. OTFARI  
invitamus et per amanter officio seq; rogamus. Cum ita a no-  
vercantis fortune malis idem ille qui melioribus digno-  
cerat, misere affligeretur, non potuit toti scopolis omni-  
bus

bus modis cum homo esset resistere, quin animum si-  
mul & corpus curis disfatigatum & disceptum extenua-  
ret, unde vel mœrore tandem enervatus vires suas pau-  
latim amisit, donec calor nativus plane extingueretur.  
Quare diu multumq; cum curis & anxietatibus collucta-  
tus 22. Decembr. anni proxime præteriti animam suam  
expiravit, eamq; devotis precibus & suspiriis, postquam  
14. Dec. sacra synaxierat in fide sua confirmatus, in manu  
Creatoris sui iterum commendavit. Corpus a. ad magnū  
usq; judicii diem terræ demandandum amicis suis reli-  
quit, qui memores debiti Christiani præsentem diem de-  
ductioni funeris destinarunt. Nostrum itaq; erit Cives  
honoratissimi, Illi qui in hac mundi miseria varie jacta-  
tus, & tandem ad portum æternæ salutis de-  
latus est, ultimum præstare honorem & corpus  
eius hodie honorifica præsentia ad sepulcrum quo-  
tis comitari. Quare omnes & singulos Academiæ  
cives, tum etiam omnes literatos & literarum fautores  
iterum iterumq; adhortor, & officiose ac sedulo invito  
ut ad funus hoc honoratum deducendum & su-  
premo honore prosequendum, frequentes con-  
volare velint. Datum sub Syg. Uni. Rost.  
8. Mart. Anno 1661.

Conventus erit horâ I. in æde  
Mariana.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776201328/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201328/phys_0013)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776201328/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201328/phys_0014)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776201328/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201328/phys_0015)

DFG



ad unam & alteram praeclaram functionem Eo  
Saxonia promotū, postea autē Serenissimi Electori  
ma concessione, ē Misnia ab Illustrissimo Adolp-  
Duce Mecklenburgico, p. m ad Episcopam Mec-  
quenunc cum Racemburgica coaliuit, evocatū  
habuit Nobilissimam & ornamentis sexus su-  
Matronam, BARBARAM FAUSTINAM, clarissim-  
simul Medicī Dn. JOHANNIS FAUSTI filiam.  
Familiam antiquam & claros D. Otfari nostri  
nasse. Filie enim nunquam avitis laudibus intum-  
per propriis virtutibus & meritis commendatu-  
ris reddere conatus est. Educationem pueritiae  
laudatissimi Parentes, qui ad eam rectius expedie-  
runt clarissimos Praeceptores, qui domibonarun-  
mina in capacissimam indolem bona fide commi-  
sua Familia digna ab OTFARO hoc modo ex citate  
consilio, studiorum & Ingenii excolendi causa, a  
Triviales vocant, diversas successū temporis in  
Wismariensem, Gustroviensem & Lunenburgensem  
publicā tum privatā & informationi animum acco-  
tentissimum. In Gymnasio florentissimis Lube-  
burgensi adhuc latius protulit incrementa studi-  
dem ex his carceribus ad studiorum universitates  
tissimas emittendus fuerit. Primum quidem ac-  
tanam Borussorum, deinde Rostochiensem Me-  
Gryphiswaldensem Pomeranorum, Francofur-  
chicorum, Wittebergensem Saxonum, Lipsien-



the scale towards document

091  
Patch Reference Chart T2433 Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart DFG